

necessaria Orationis nostræ fun-
damenta:

1. *Velle Deum nobis opem ferre in angustiis.*

Est enim Pater noster.

2. *Posse etiam invocantibus ipsum adesse.*

Est enim cælestis noster Pater.

Dein eò directa etiam: ut in cordibus eorum
qui orant, tum dilectionem tum
timorem Dei excitet.

Dilectionem: quia unum invocamus Patrem.

Timorem: quia maiestate cælesti abundat.

Audaacter proinde Deum Patrem interpel-
lemus: non desperemus exaudi-
tionem; si juxta voluntatem ejus
in nomine J. C. D. N. oraveri-
rimus.

DOMINICA XLIX.

Ex Quæst. 122.

SANCTIFICATIO NOMINIS

Dei primas tenet.

TEXTUS Joh. 17. 17. ad 20. usque.

*Vers. 17. Sanctifica eos tua veritate: sermo ille
tuus veritas est.*

*vers. 18. Sicut me misisti in mundum, ita & ego
misi eos in mundum.*

*¶ 19. Et eorum causa ego sanctifico me ipsum,
ut sint & ipsi sanctificati in veritate.*

Cccc